

Off. sg. 4.

Q. D. B. V

CLXXXI

PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI
VOCABULI פְּרִשְׁתָּא EXPLICATIONE
XXV

EXAMEN AVTVMNALE

DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS. CASIMIR
ACADEM. CVM ORATIONE CENSORIA

A. D. XXX. SEPT. ET I. ET II. OCTOBRIS
IN SCHOLA AVTEM SENATORIA
A. D. III. ET IV. OCTOBRIS MDCCLXXXII

HABENDVM

INDICVNT
DIRECTOR
ET
RELIQVI PROFESSORES

C O B V R G I
FORMIS AHLIANIS

Sol ille innocentiae, Malach. 3, 20 (4, 2) commemoratus, siue homines fidem Deo habentes innocentesque absolvens, idem est, atque in antecedentibus et subsequentibus appellatus זְבֹאָה וְרֹאָה κύριος Παντοχείτης, Ichonah omnipotens, vt ipse se appellat, Apoc. 1, 7. Conf. Sap. Sal. 7, 25. Itaque hoc simili efficacia Melliae futuri significatur omnipotens, qua potest ipse subiicere sibi omnia, Phil. 3, 21, quam ob causam vocari etiam potuit a Paulo Rom. 9, 5, ad veram eius diuinitatem significantiam, ὁ ὃν ἐπὶ πάντων Θεὸς ἐνλόγητος εἰς τὰς αἱνας, η̄ בְּקָדֵשׁ qui est super omnia laudatus per saecula. Loca enim Patrum a Wetstenio ad Rom. 9, 5. allata hanc interpretationem confirmant potius quam confutant. Nam κατ' ἀνθρώπον ibi disputant Pseudo-Ignatius et Patres reliqui, quibus Pseudo-Theodoret. siue Euther. Serm. X. Tom. V Opp. Theodoret. p. 1146 ff. addi potest, aduersus Praxeam, Noëtum, Sabellium eorumque affectas, vñam tantummodo hypostasin in essentia diuina agnoscentes, quae passa esset in corpore Christi, ipso eius corpore nihil perssonum sentiente. Suis igitur armis homines illos iugulaturi Patres quaerunt: Si verus Deus (nam is est Deus super omnia laudatus ברוך הוא) passus est, quomodo idem profiteri potuit, adscendo ad Deum meum? Qua ratione idem commemorare potuit patrem, a quo ipse esset missus Sponsor generis humani, quo esset minor, cui esset proximus, num ipse sui potuit esse pater? Itaque ne Praxeas, Noetus, Sabellius quidem, multo minus reliqui ecclesiae Patres per Deum, qui est super omnia laudatus, aliam sub-

f. XXXI. Malach. 3, 20. (4, 2) explicatur. CLXXIX

Substantiam aut essentiam aut subiectum a Paulo significari putarunt, quam Christum. Patres ecclesiae tantummodo humanam Christi naturam, sive Iesum, ab eo qui est super omnia laudatus, sive a diuina Christi natura, probe discernendam esse recte docuerunt. Maior certe, quam fraudulento Juliano, fides habenda est Tertulliano aduersus Prae-
xeam cap. 13 et 15, et Theodoreto Quaest. in Genes. 96 Tom. I. Opp. p. 103, ad Hos. 9, 12, Tom. II p. 1355, ad Rom. 9, 5, Tom. III p. 100, ad 1 Cor. 8, 6 p. 215, ad Phil. 4, 20, p. 470, Dialog. I Tom. IV p. 17, Epist. 83 p. 1148, Epist. 146 p. 1264, Epist. 151 p. 1295 et 1309, Reprehens. XII Anathematismor. Cyrilli, Tom. V p. 67, Pseudo-Theodoreti. Dialog. VI de SS. Triade, p. 1093, edit. Hal. Verba igitur Rom. 9, 5, τὸ νατὰ σάρκα, ad opinata ornamenta praestan-
tiam Israëlitis conciliantia pertinere nequeunt, nam alias Israëlite etiam v. 3, opinabiles tantummodo Pauli fuissent cognati, sed significant, quod attingit ad corpus, sive prosapiam, sive humanam Christi naturam, quem significatum virginem etiam Theodoretus Epist. 151 Tom. IV opp. p. 1302 et Pseu-
do-Theodoreti. sive Euther. Serm. XV Tom. V p. 1164. Paraphrasin ergo huius loci, Rom. 9, 1 -- 5, alias iam propo-
sitam, hic adscribere licebit: *Vera profiteor, Christo teste eiusque diuina natura, non mentior, consentiente mihi consilio-
rum meorum conscientia, cuius auctor et speculator est Spi-
ritus Sanctus, me esse tristissimum, animumque meum continuo
angri moerore. Evidem enim optarem, sacer esse, atque alien-
nus a Christo, omniisque ejus merito ac beneficiis, si quidem haec
res fieri posset, meisque infinitis cruciatibus, fratrum et homi-
num naturali cognitionis vinculo iunctorum, salutem redimere
mihi licet.* Etenim magno Israëitarum utuntur nomine,
atque ab Israële, qui felicissime cum Deo decertauit, appellatus
est hic populus princeps, quem Deus ipse omnibus reliquis ante-

CLXXX *s* XXXI. Malach. 3, 20 (4, 2) explicatur.

poneret: sunt adoptiui Iehouae filii, cuius praesentissimum nomen modo saepe adspectabili inter ipsos verfabatur: cum iisdem prius, sive Mosaicum foedus Deus pepigit, atque apud eosdem posterioris, sive noui foederis, ad uniuersas gentes pertinentis, conspicuntur initia: legum quibus parere debebant, diuina est auctoritas, sollemini enim ritu in monte Sinaiitico, & summo numine ipsis sunt traditae: a Deo ipsis datae erant sacrificiorum caerimoniae, atque augustinissimae de Messia futuro promissiones: patres habent Dei amicos, atque ex illis nunc renatus est vera, secundum humanam naturam, Christus, cuius commode postremo loco appellati diuinam naturam, Iudaici more iurisurandi vobis notissimo, testem citare audeo, me omnia haec scriptissime ex animi sententia, addens de Christo: qui idem est super omnia, atque adeo super omnes reliquos Deos, Deus laudatus in aeternum. Amen.

Sed redeamus ad Malach. 3, 20, vbi Chaldaeus habet: *Tum orietur vobis -- sol בָּכְרִי innocentiae.* In Bibliis autem Regiis legitur, *sol יְמִינֵי innocentiae.* Graecus ponit, ἥλιος δικαιοσύνης, Syrus, שׁוֹרֵךְ אַרְבָּה Arabs, הַלְעֵלָה Vulgatus, *Sol iustitiae.* Hieronymus quidem *veritatis* notionem adhibuit, scribens: "Et orietur vobis timentibus nomen meum "sol iustitiae, qui vera omnia iudicabit, et nec bona, nec "mala, nec virtutes, nec vitia latere patietur." Theodoretus addit: Ταῦτα δὲ καὶ τῇ προτέρᾳ τῷ Σωτῆρος ἡμῶν ἀγμόττει παρεστία, καὶ τῇ δευτέρᾳ. Καὶ γάρ εὐ τῇ προτέρᾳ διὸν τις ἥλιος ἦμιν αἰνέτειλεν, εἴ σκοτει καὶ σκιᾷ Θανάτοις παθημένοις. Καὶ της αἱματίας ἐλευθερώσας δικαιοσύνης μετέδωκε, καὶ τοῖς πνευματικοῖς χαροπαστοῖς, διὸν τις πτεροῖς συγκαλύψας, ἵστω ταῖς ημετέραις παρέστη ψυχαῖς. Καὶ εὐ τῇ δευτέρᾳ δὲ παρεστίᾳ, τοῖς κατὰ τὸν παγόντα βίον τρυχομένοις, ἢ κατὰ γνέμιν, ἐπιφανεῖς, οἷα δίκαιος δικαίως δικαστι, καὶ τὰ ἐπηγγελμένα δίγαθά χορηγήσει.

3d 6020 II

(2)

ULB Halle
003 772 209

3



TA-206

KM Wt.

Farbkarte #13



B.I.G.

Q. D. B. V

CXXXVII

PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI
VOCABULI פָּנָא EXPLICATIONE
XXV

EXAMEN AVTVMNALE

DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS. CASIMIR
ACADEM. CVM ORATIONE CENSORIA

A. D. XXX. SEPT. ET I. ET II. OCTOBRIS

IN SCHOLA AVTEM SENATORIA

A. D. III. ET IV. OCTOBRIS MDCCLXXXII

HABENDVM

INDICVNT

DIRECTOR

ET

RELIQVI PROFESSORES

COBVRGI

FORMIS AHLIANIS